

bog

27

A MORIS
AFFECTUM TENERRIMUM, ARDENTISSIMUM
IN NUPTIAS,
QUAS FELICES FAUSTASQUE DEUS ESSE JUBEAT,
STEMPELIANO - NITSCHIA-
NIS,
DIE XXII. JUNII M DCCXL.
GRATULABUNDUS
REPSALENTARE VOLUIT
Fidus Achates.

Amor

Tenerimus ille animi affectus,
Impetus ille affectuum acerrimus,
Callidissimus ille fur cordis,
Mentis ille tyrannus invictissimus,
Forte, quid faciat, queris?
En! quam hominis animum flecat,
En! quam hominis sensus voluntatemq; rapiat,
En! quam hominis corpus totum afficiat,
En! quam oculos in rem amatam dirigat,
En! quam auribus catenas injiciat,
En! quantam celeritatem pedibus indat,
En! quantam ori venustatem pariat.
En! quantam manibus soleritiam addat.
En! quantopere cor denique sui juris faciat.

Cujusnam hominis?

Puellarum tantum ac adolescentium?
Vah! senum quoque ac decrepitorum:
Vah! & viorum & herorum fortissimorum?
En! David decrepitus in gremio pueræ gestit calesceré.
Samson alioquin invictus, vietus vincitusq; amore Delilæ.
Hercules invictus, vietus amore Omphalæ,
Hujus sandalio caput præbet mitigandum.

Scili.

Scilicet Amor amat faxa perrumpere,
Obices vinculaque perfringere,
Molestias mortemque pervincere.
En! Amor filialis medias per flamas portat Anchisen.
Amor conjugalis propinat sibi cineres Mausoli.
En! vivum præsentissimumque amoris exemplar
In Pyramo illo & Thisbe:
Pares hi erant ætate ac moribus,
Amoribus quoque erant pares.
Amorem ædium contiguartum vicinitas pepererat.
Amorem confuetudo puerilis à teneris aluerat.
Perfecerat rara in utroque forma amorem.
Amorem nubilis jam ætas auxerat,
Abnuerat, proh! mutua Parentum similitas amorem.
Amorem omni colloquio conspicuque interdixerat.
Quid agit Pyramus?
Quo le vertit Thisbe?
En! tenuis in communī pariete rima
Domesticis haec tenus ignota,
Et Amantibus primis vila.
(Quid non rimatur, non expiscatur Amor?)
En! rima illa fecit voci iter.
En! per illam murmuræ tutæ blanditiæ tansibant,
Transibant & suspiria.
Transire sed oscula nequivabant:
Hæc enim vale sibi dicentes parieti figebant,
Parti quisque sua non pervenientia contra.
Nimis tenuis ac angusta erat illa parietis rima,
Rimam at quantam in pectore Amantium faciebat,
Vah! tam angustam eruptionem ferre non poterat amor.
Amor quererbat in proximum nemus liberum meatum.
En! locus fugæ constituitur,
Eligitur umbra Mori opacæ arboris.
Thisbe, elusis custodibus, egreditur prima,
Prima ad nemus advolat.
(alas namque addebat amor)
Prima Thisbe advolat, at exterrita prima,
Qvum leæna à boum cæde recens occurrit,
Depositura sicuti vicini fontis in unda.
En! exterrita Thisbe in antrum qvoddam fugiens,
Capitis amittit velum
Qvod leæna à boum cæde redux ore cruento laniat.

Ecce

Ecce! sub hæc adest Pyramus,
Pyramus leænæ vestigia fabulo impressæ cernit,
Cernit & Thisbes suæ velum cruentum.
Vah! quid facit Amor?
Pyramus suam extinctam vitam ratus,
Ratus, belluæ dentibus laceratam Thisben suam,
Amorem vertit in furorem,
Nam animi amens, & ad arborem condicetam tendens,
Ibi, non inventa Thisbe sua,
Thisbes suæ carissimæ velum arripit,
Incumbit in ensem, vitamque cum sanguine profundit.
Quid tandem Thisbe?
Hæc dum animum à terrore collegerat,
Ad morum properans videt pulsare membra Cruentum.
Thisbe, netcio amore, an horrore perculsa hæret,
Hæret, pedemque refert stupenti magis, quam amanti similis.
Sed postquam remorata suos cognovit amores,
In amplexum morientis ruit,
Tingit lacrymis suis cruentum,
Amantem suum amplexibus cingit,
Pyrame, exclamans, quis te mihi calus ademit?
Pyrame, responde, tua te charissima Thisbe vocat,
Pyrame, exaudi vultusque extolle jacentes.
Quid Pyramus jamjam moribundus?
Ad Thisbes ille suæ nomen quasi ab inferis vocatus,
Oculos in morte gravatos erigit,
Erigit, vitaque tua ultimum Thisbe, condidit oculos.
Tanta amoris vis est & efficacia!
Quis deniq; finis, qui exitus calus tam tragici?
Vah! præsto si fuisses,
Vidiles Thisben præ dolore genas laniantem,
Tundentem pectus, capillos evellementem,
Genas defuncti Pyrami lacrymis irrigantem,
Ac, viso in dextra Pyrami velamine suo,
Dum eo ipso mortis cautam facile agnoscit,
Omnes, quas habet, vires colligentem,
Ferrum in luum ipsius pectus dehigentem.
Supra jacentis corpus collabentem
Ipsi oscula fortuita & frigida libantem,
Ac denique in ejus ore & sinu expirantem.
En! SPONSE NOBILISSIME,

Vivi-

Vividum præsensqve ardentissimi Amoris exer.
Quis tibi talia legenti lenius?
Amore; non fallor; ardescere videris
Amore puro ac candido,
In SPONSAM TUAM NÖBILISSIMAM
Virginem eximiis animi corporisqve dotibus fortunatam;
Natam nobili ac honesto genere Virginem,
Nec tam Tibi à tenēris; à teneris forte & amatam,
Nulli à pia prudentia morariqve gratia secundam
JOHANNAM SOPHIAM TUAM DÜLCISSIMAM,
Amantem Tui in vita, in morte, qvam Deus seram jubeat,
amantem;
Desiderantem in tuis amplectibus expirare,
Doctam, eductam rara Parentis pietate
Virt Nöbilissimi atqve Excellentissimi
DN. MAURITII NITSCHII, &c. &c.
Accurite Iorgenſes testes oculati:
Qvanto ille amore flagrabat in beatam Uxorem
MAGDALENAM SOPHIAM,
Nobilissima stirpe SCHRAMMIANA ortam!
Qvam pie appropinqvabat tuimulo tumulandu uxoris!
Qvam pie, levi qvodam tumultu auditu, curabat,
Ut Defunctæ ossa molliter cubarent.
Chrabat, &, qvi modocunqve Spectatorum præsto erant,
Mirabundi amorem conjugalem, stupebant.
Amplectere itaqve SPONSE NÖBILISSIME
Sponsam tuam tam pia fitpe oriundam;
Amplectere eam, eam ama, cogita, somnia,
Delecta Te ea; ea te recrea,
Liba tua Costæ castæ casta oscula,
Vivendo cum ea late ac feliciter.
Cum Costa casta tua, tandem vitæ satur, expira
Pie, placide, beate.



21.1.1987
- 9. Aug. 1982

78 M 355 (1)

ULB Halle
002 188 791

3



TA SOL

Von

A MORIS
AFFECTUM TENERRIMUM, ARDENTISSIMUM
IN NUPTIAS,
QUAS FELICES FAUSTASQUE DEUS ESSE JUBEAT,
STEMPELIANO - NITSCHIA-
NIS,

DIE XXII. JUNII M DCCXL.

GRATULABUNDUS

REPSASENTARE VOLUIT

Achates.

Amor

ille animi affectus,
 fectuum acerrimus,
 us ille fut cordis,
 annus invictissimus,
 si faciat, qvaris?
 unimum flectat.
 sensus voluntatemq; rapiat,
 corpus totum alliciat,
 rem amatam dirigat.
 itenas injiciat,
 item pedibus indat,
 nustatem pariat.
 us solertiam addat.
 deniq; sui juris faciat
 am hominis?
 im ac adolescentum?
 oque ac decrepitorum?
 herorum fortissimorum?
 gremio pueræ gestit calecere,
 vietus vincitusq; amore Delilæ,
 vietus amore Omphalæ,
 ut præbet mitigandum.

Scili.

Farbkarte #13

